



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 2. Terræ boni laudatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

spinas tantum sentiunt, ciulant: &c., qui  
rosas tantum attingunt, luxuriant. Qui  
autem in diuinæ veritatis arcana penitiūs  
intrant, in vtrisq; artes Moderatoris, lau-  
dēsq; maximas perspiciunt, canūntque  
identidem: *misericordia Domini plena est* Psal. 32. 5.  
*terra: VERE DICIMVS, IVRATI DICIMVS.*

Sic laudantium plenus est chorus. Cy-  
rus rex Persarum, teste Xenophonte, *tan-* Xeno-  
*tum in hominum animis excitare potuit desi-* phon. li. x.  
*derium præstandi ea, quæ essent ipsi grata: ut* de Cyri.  
*omnes ipsius arbitrio regi perpetuò cuperent.* Instit.  
Tot nationes, ut ex eo ipso penderent, effecit;  
quot etiam enumerando percurrere, fuerit o-  
perosum; quacunque scilicet ex parte a regia  
quis ordiatur; sine ad ortum senecasum, si-  
ne ad septentriones, seu meridiem. Idem  
desiderium longeq; maius excitat sapien-  
tissima DEI bonitas; unde plurimis est à Psal. 112.  
solis ortu, usque ad occasum, laudabile nomen 3.  
*Domini.*

### §. II.

#### *Terra boni laudatores.*

Agmen ducat Anna cantatrix, quæ ter-  
ram, cum fundamentis suis, & à Domino,  
& Domini esse, præclara illa Oda prædi-  
cauit

**z. Reg. 2.** cauit: *Domi*ni sunt cardines terræ, & posuit  
**8.** super eos orbem. Et quanquam hoc præda-  
 riū opus artificis est, tamen id quodam-  
 modo cum homine diuisit. Nam idem, qui

**Psal. 49.** dicit, *mēns ēst orbis terræ, &, qui fecit calum*  
**12.** & terram, etsi ubique est, neque vlo ex-  
**Psal. 113.** cludi loco potest, tamen terram videtur  
**15.** potius fecisse in hominum habitationem.  
 Quocirca mox subjungitur: *Calum cali*  
*Domino; terram autem dedit filijs hominum.*  
 Illis enim necessaria est, illis data est ad  
 utilitatem; illis ad amoenitatem. Inde, ex  
 humili statione, in alto venerari debent  
 diuinam maiestatem. Qua de causa Ec-  
 clesiastes ait: *Dens in cālo, & tu super ter-  
 ram: idcirco sint pauci sermones tui.* Qui e-  
 nim in alto habitat, videt omnia, qua in-  
 fra se fiunt; atque ita ē cālo exsplendescit,  
 vt ostendat, se neque terris deesse. Quam-

**Eccles. 5. 8.** obrem idem Ecclesiastes ait: *Vniuersa terra*  
**Psal. 8. 2.** *rex imperat seruienti.* Hinc illæ à regelau-  
**Psal. 47. 5.** des: *Domine Dominus noster, quām admi-*  
**Psal. 56. 6.** *rabile est nomen tuū in vniuersa terra!* Lau-  
**Psal. 65. 1.** *tua in fines terræ. Et in omni terra gloriatus.*  
*Jubilate Deo omnis terra.* Ita ad citharam

**Prou. 3. 19.** patens. Filij eius autem vox est: *Domini*  
**Isa. 49. 13.** *sapientia fundavit terram.* Et Isaias: *Lau-*  
*dare*

date celi, & exulta terra jubilate montes laudem. Et tres pueri: Benedic terra Domini Dan. 3. 47d num: laudet, & superexalte eum in secula.

Benedicite montes & colles Domino: laudate & superexaltate eum in secula. Atque, ut sexcenta talia prætermittam, quanti terram facit Menander, in Nauclero, ir hunc modum loquens?

O charissima terra mater, quam morta libus Apud Ac then. li. 4.

Mente non captis admodum veneranda es possessio? Dipno- soph. Vi- etor. 5.

Itaq; fundum à patre relictum si quis adeptus Var. c. 20.

Abligurijs, eum par est ad extremum usq; vitæ nauigare,

Ac terræ nunquam insisterè, ut sentiat,

Cui bono à maioribus accepto non pepercerit.

### §. III.

#### Terra vani cultores.

Sed satis fuit hactenus progredi. Ulterius progressi ceciderunt, in terram collisi. Stetissent, si terram coluisserint, more colonorum. si, inquam, stiuâ eam, non arâ coluisserint. Nam tanti, apud eos, Tellus fuit, ut siderum